Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift

tis et precibus salutaris. gloria sanctitatis tue
que a nobis recensita est sic erit nobis digne io
cunda si fuerit fructuosa. liceat nobis aliquas reti
nere reliquias de fructibus spiritus quibus onusto
ascendisti. qui in tuo hodie tam delicioso conuiuio
congregamur laudamus et exultamus. et so
nobis quesumus alter moyses vel alter helias im
pricando de tuo spiritu in nobis ipsis. siquidem
spiritu et virtute venusta vita tua lex vite et
discipline. mors tua mortis portus et porta vite.
memoria tua dulcedo sanitatis et gracie. presen
tia tua corona glorie in manu domini dei tui.
O oliua fructifera in domo dei. O oleum letice
vngens et lucem fouens beneficiis. coruscans mi
raculis. fac nos eius qua frueris lucis suauita
tisq; participes. O odoriferum lilium meterni
ante dominum germinans. perflorans et
spargens vbique vitificum et suauitatis odo
rem. cuius apud nos memoria in benedictione
est. apud superos presencia in honore. da ca
nentibus te tante plenitudinis participio non
fraudari. O luminare magnum. lux in
tenebris lucens signorum radiis exemplis illumi
nans carcerem. letificans ciuitatem. figga
de cordibus nostris virtutum splendoribus
tenebras errorum ac etiam viciorum. O stella
matutina. eo ceteris clarior quo diei vici
nior. soli similior. dignare preire nobis vt
et nos in tuo nomine ambulemus quasi
filij lucis et non filij tenebrarum. O aurora
diescens super terram. sed superioris celi
plagis lux meridiana perlustrans. reape
nos in consorcio luminis quo illuminatus
es. et lucens foris. lucens et intus. suaui
ter ardens. prestante domino iesu cristo
qui viuit et regnat cum deo in vnitate
spiritus sancti deus per omnia secula
seculorum. Amen. Unde laudabile foret